

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Verecundia a
in editionibus 1483/5 & 1550 cum fonte primo

Pulcra uirtus est uerecundia et suavis gracia.
que non solum in factis sed etiam in ipsis spectatur
sermonibus. ne modum progrediari loquendi. ne quid
indecorum sermo resonet tuus. Speculum enim mentis
plerumque in uerbis refulget. ipsum uocis sonum librat
modestia. ne cuiusquam offendat aurem uox fortior
denique in ipso canendi genere prima disciplina
uerecundia.

Ambrosius de officiis libro primo.

Manipulus florum, Verecundia a (Venetiis, 1493/5),
sig.L3r.

Pulchra igitur uirtus est uerecundiae et suavis gratia,
quae non solum in factis sed etiam in ipsis spectatur
sermonibus, ne modum progrediari loquendi, ne quid
indecorum sermo resonet tuus. Speculum enim mentis
plerumque in uerbis refulget. Ipsum uocis sonum librat
modestia ne cuiusquam offendat aurem uox fortior.
Denique in ipso canendi genere prima disciplina
uerecundiae est; immo etiam in omni usu loquendi,
ut sensim quis aut psallere aut canere aut postremo
loqui incipiat ut uerecunda principia commendent
processum.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1, 18 (CCSL
15, M. Testard ed., p.25, ll.1-9).

Pulchra uirtus est uerecundia, et suavis gratia.
que non solum in factis, sed etiam in ipsis spectatur
sermonibus. ne modum progrediari loquendi, ne quid
indecorum sermo resonet tuus. Speculum enim mentis
plerumque in uerbis refulget. ipsum uocis sonum libret
modestia, ne cuiusquam offendat aurem, uox fortior,
denique in ipso canendi genere prima disciplina
uerecundia. immo in omni usu loquendi.

Ambrosius de officiis libro I. capitulo 18.

Flores omnium fere doctorum, Verecundia a (Venetiis,
1550), fol.524r-v.